



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

De eadem spe dulcissima, D. Augustini Sententia. xxx.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

138 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VI.
neamus, ut ipse nos sublenet, ipse nos trahat & pertra-
bat usque ad conspectum gloriae magni Dei: qui est be-
neditus in secula.

Alia D. Bernardi fiducia.

CAPUT. **F**ateor, non sum dignus ego: nec propriis possum me-
xxviii. **F**ritis Regnum obtainere celorum. Ceterum dupli-
Vitae Ber-
ardi lib. I.
cap. 12. **iure illud obtainens Dominus meus IESVS CHRISTVS,**
hæreditate scilicet Patris, & merito Passionis: altero ipse
contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud
mihi vendicans, non confundor.

De Spe, Meditatio eiusdem D. Bernardi: ad versi-
colum Psalmi 90. Quoniam in me sperauit, libe-
rabo eum, &c.

CAPUT.
xxix. **D**Ulcissima liberalitas, in se sperantibus non deesse.
Serm. 15. in
Psalms. Qui
habitat.
Psalms. 21.

Eccl. 2.

Psalms. 61.

Deut. 11.

CITATIONE
xxx. **H**oc enim totum hominis Meritum, si totam
spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fa-
cit. In te sperauerunt Domine patres nostri: sperauerunt,
& liberastrí eos. Ad te clamauerunt & salus facti sunt:
in te sperauerunt & non sunt confusi. **Q**uis enim spera-
uit in te, & confusus est? Sperare in eum omnis congrega-
tio populi, effundit coram illo corda vestra: Deus adiu-
tor noster in eternum. **Q**uemcunque, inquit, locum cal-
cauerit pes vester: vester erit. Pes noster, utique Spes
nostra: quantumcunque illa processerit, obtinebimus: si
tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, & non turbet.

CAPUT.
xxx. **D**e eadem Spe, dulcissima D. Augustini
August. 83.
Quest. ca. 6.

Sententia.

Christo duce ab oneribus & laboribus huius pere-
grinationis nostre, tuncquam ab Egypto libera-
muntur.

mur: & persequientia nos peccata sacramēto Baptisma-
is, nobis euadentibus, obrūuntur. Et quandiu in spe su-
mū eius promissionis quam non videmus, tanquam per
deserta ducimur, consolante nos in sanctis Scripturis
Verbo Dei: sicut illos Manna de calo. Et eodem ipso du-
ce in Hierusalem cœlestem, tanquam in terram pro-
missionis, introduci nos posse præsumimus: & in aeternum
ibi regnante ipso & custodiente seruari.

Vitæ & Beatitudinis aeternæ vmbra tis descriptio:
ad inflammandum ægroti animum.

EST autem Vita & Beatitudo aeterna, fruitio Sum- CAPUT
mi Boni, videlicet ipsius Dei, uberrimi fontis &
thesauri omnium bonorum: in qua omnes p̄i homines,
qui in vera & viua fide & inuocatione filij Dei ex hac
vita decesserunt, resuscitati ex mortuis, & penitus ab
omni malo liberati, castorum Angelorum ac totius Ec-
clesiae cœlestis collegio coniuncti, Deum Patrem, & Filium,
& Spiritum sanctum, non iam per speculum & in ani-
gnate, sed facie ad faciem intuebuntur: & expertes om-
nium calamitatum, erumnarum, morborum, laborum
& dolorum, lati vincent: & ineffabili gaudio Deum in
omni aeternitate celebrabunt. Mundus hic nihil est a-
liud, quam vallis lachrymarum: & tota hac mor-
talis hominum vita plena omni genere miseriaram:
sed has omnes absterget in futura vita ac poen-
itus tolleret filius Dei, absorbens mortem in victoria:
& auferens opprobrium populi sui de uniuersa terra.
Intanta felicitate iusti in perpetuum vincent: accep-
to iam Regno decoris, & Diadematæ speciei de ma-
nu Domini. De quo Apostolus Paulus: Per multas,
inquit, tribulationes oportet nos intrare in Regnum
Dei: cuius heredes filii excelsi omnes, procul ab omni-
con-

1. Cor. 13.
Apoc. 7. 22.

Psal. 83.

1. Cor. 15,
Esa. 25.
Sap. 5.
Act. 14.

Psal. 84.